ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 24r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



cura pastoris. et subiecti lumen ueritatis apprehendere
nequeunt. Quia dum pastorū sensus terrena studia oc
cupant uento temptationis inpulsos. ecclesie oculos
puluis cecat. Quo contra recte humani generis re
demptor cum nos auentris uoracitate compesceret
dicens. Adtendite autē uobis ut non grauentur corda
uestra in crapula et ebrietate. Illico adiunxit aut in curis
huius uite. Ibi pauorem quoq; protinus in tente
adiciens. ne forte superueniat repentina dies illa; cuius
ad ingentus et iā qualitatē denuntiat dicens. Tamquā
laqueus enī ueniet super omnes qui sedent super faciem
orbis terre. Hinc iterū dicit. Nemo potest duobus
dominis seruire. Hinc paulus religiosorū mentes
amundi consortio contestando. ac potius conueniendo
suspendit dicens. Nemo militans deo implicat se nego
tiis secularibus. ut ei placeat. cui se probauit. Hinc
ecclesie rectoribus et uacandi studia precipit. et consolen
di remedia ostendit dicens. Secularia igitur iudicia si
habueritis. contemptiles qui sunt in ecclesia illos con
stituite ad iudicandū. ut ipsi uidelicet dispensationibus
terrenis inseruiant. quos dona spiritalia non exornant.
Ac si apercius dicat. quia penetrare intima nequeunt.
saltem necessaria foras operentur. Hinc moyses qui cū
deo loquitur. iethro alienigene reprehensione iudicatur.

sedm math

ad corinthios

in exodo